

Melanthon,
Cœlatio
actionum foren-
sium.

V
J
3533

XVII, 436^a


Nov 436

COLLA
TIO ACTIONVM
FORENSIVM ATTICA= 7.
RVM ET ROMANARVM
PRAECIPVARVM.

AUTORE
PHILIP. MELANTH.

VVITTEBERGÆ
Excudebant Hæredes
Petri Seitz.

ANNO M. D. LI.



• XVII,436a

Kat. S. 226

ERVDITIONE ET
VIRTVTE PRESTANTI IOA-
CHIMO MOLLER, HAMBVR-
GENSI, AMICO SVO
PHILIP. MELANTH.

S. D.



Na est Lex prę-
cipua rectrix ui-
tę hominū, que
est æterna sapi-
entia in mente
diuina , & im-
mota iusticiæ regula, quam & in
hominum mentes Deus trans-
fudit, & lucem esse uoluit nobis-
cum nascentem, & postea de ru-
pe Sinaide illustri testimonio
promulgauit, ut sciremus eam ui-
tæ normam uere diuinam esse.

Hac lege cum regi uitā Deus
uelit,

T
A =
R =
re
ui
ue
bi =
te
n =
in
s =
i =
ru
io
ui
us
it,

uelit, quæ natura lucet in omniū
mentibus, quæri solet de Magis-
tratum officio . Cum enim
Lex antea diuinitus lata sit, &
ferre alias dissentientes omnium
scelerum summum & atrocissi-
mum sit, & hæc ipsa diuina nota
sit omnibus, quid agunt in pace
humanæ societatis gubernato-
res ?

Hí uero tria munera plena di-
gnitatis sustinent . Primum hu-
ius ipsius primæ & præcipuæ le-
gis , uidelicet Decalogi , uocem
eos esse necesse est . Etsi enim na-
tura lucet in mentibus, tamen il-
la naturæ lux doctrina & uoce
Magistratum excitanda est .

Deinde cum homines non
tantum doctrina regantur, Sed

A ij poena .

pœnarum metu cohercēdi sīnt,
imposuit Deus generi humano
Magistratus, ut huius suæ Le-
gis uiolatores puniāt. Etsi enim
& Deus ipse uindex est contem-
ptæ huius normæ, tamen adiun-
xit sibi Magistratus per quos
exequi pœnas plerumq; uoluit.
Punit Deus Antonij libidines
& ambitionē, sed punit per Au-
gustum. Nec obscurum est, Le-
gem sine pœnis inanē sonitum
uideri. Quare & dictum illud
Æschinis adeo probatum est, ut
Demosthenes in suam quādam
orationem transtulerit.

οὐδέποτε πόλεις κατίστηται νεῦρα
ἐπειδὴ τοὺς ἀδικοῦτας ἔχει.

Nihil ualere ciuitatem, quæ ner-
uos non habet aduersus facino-
rosos.

rosos. Quare ut santes ordine
in iudicia uocari possent, crimi-
num nomina distributa sunt, &
accommodatæ accusationū atq;
actionum formæ.

Nerui sunt igitur & Legum
& totius humanæ societatis, ipsæ
Accusationes et Actiōes, Quod
cum ita sit, non solum hoc intel-
ligi potest, magnam esse uim &
dignitatē Actionum, sed etiam
perspicitur propter Actiones
maxime impositos esse generi
humano Magistratus, qui cum
uocantur Legum custodes, non
eo tantum sic adpellantur, quod
doctrinam septam bibliothecis
custodiant. Sed quod postea se-
ueritate poenarum ciuium ani-
mos ad uirtutis officia cogant.

A ij Ac

Ac de ipsis actionibus postea
plura dicam. Prius enim & ter-
tium munus Magistratum ad-
dendum est, Etsi necesse est Le-
gum omnium in omni guberna-
tione primas esse, eas quæ in de-
calogo traduntur, dextre intelle-
ctas, tamē Magistratibus dedit
mandata Deus, ut ipsi Leges ali-
quas addant, sed congruentes cū
decalogo, quæ aliquas circum-
stantias aut species explicet. Lex
diuina sancit in genero distinctio-
nem dominiorum, cum ait, Nō
furaberis. Hic Legislator mo-
dos recitat, quibus res fit unius-
cuiusq; propria, ostendit con-
tractuū formas, & quando exi-
stimandum sit perfectū esse con-
tractum, quando imperfectum,

In

In quibus explicationibus ualet
Magistratum sententia & pro
pter rationem probabilem, de-
calogo cōgruentem, & propter
autoritatem quam Deus Magi-
stratui attribuit, quem iussit ad-
dere in hac ciuili uita, tum expli-
cationes tum adminicula diuina
rum Legum.

Sunt autem & harum expli-
cationum, quas Magistratus ad-
dit, præsidia Actiones. Frustra
enim Legislator æqualem here-
ditatis distributionē uerbis præ-
scriberet, si postea non defende-
ret iudiciorum autoritate eam
æqualitatem aduersus heredes
rapaces aut fraudulētos, qui uel
ui, uel fraude ceteros heredes ex-
cutere conarentur.

A iiiij Cum

Cum igitur Actionum constituantur & discernantur necessitas in conspectu sit, non solum amanda est doctrina, quae de eis a sapientissimis hominibus tradita est, sed etiam Philosophia in eis querenda. Cum enim Actiones præcipue sint uitæ rectrices, necesse est eas partim ex decalogo, partim ex luce naturæ, quæ decalogum explicat natas esse. Hos fontes & ut ita dicam demonstrationes considerare certe Philosophia est non insuavis bonis ingenij.

Cum autem hos fontes aspergerimus, tum uero iuuat conferre politias, & uidere ubi diutius discipline seueritas manferit. At tica ciuitas initio seuere puniuit impio-

impiorum furores, qui prouidentiam negabant, Libidines etiam iustis supplicijs cohercuit, Postea laxata disciplina, quanta fuit petulantia doctorum & in doctorum in deridenda prouidentia, quanta in moribus plurimorum turpitudo?

Cum autem ueteres politias, Leges, legum ac disciplinæ labe factationes, excidia urbiū & ruinæ imperiorum consideramus, manifesta testimonia præsentiaæ Dei in hac uitæ gubernatiōe cernimus. Non casu aut tantū propter corporum necessitatēm, cōfluxit hominum multitudo, nec casu societas ciuilis durat. Sed Deus & cœtus hominum consociauit, & custos est iustæ socie

A v tatis,

tatis. Et ciuitates ac Imperia, cum
disciplinæ tuendæ cura extincta
est horribilibus exemplis euer-
tit & dissipat, quod cum uerissi-
mum ac certissimum sit, assuefa-
ciamus animos ad legum disci-
plinæq; reuerentiam, & frenos
cupiditatibus nostris iniçiamus,
& moderatione animorum pri-
mum Deo placere, deinde & cō-
munem salutē, quantum suo lo-
co quisq; potest, iuuare studea-
mus. Hanc ipsam Philosophiam
in his actionibus & collatione
duarum pulcherrimarum ciuita-
tum Atticæ & Romanæ, etiam
proponi animaduertēt studiosi,
qui consilia ueterum intuebun-
tur, qui Actiones ita distribue-
runt. Existimo autem uetus tam
illam

illam Atticę ciuitatis doctrinam
a Iaphet & eius filijs acceptam, et
inter bene moratos posteros cō
seruatam & propagatam esse.
Nec uero, si indocti, aut feri ac
barbari homines, aut hæc monu
menta, aut ipsa uincula humanæ
societatis & disciplinæ contem
nunt, ideo a nobis quoq; negli
genda sunt. Cumq; uarij sint ho
minum furores in conturbando
politico ordine, nunc de ijs tan
tum dicā, qui superstitione qua
dam asseuerant, contra Euange
lium facere eos qui aut res suas,
aut defensionē in iudicijs petunt.
Hunc errorem uitæ communi
perniciosum esse nemo non ui
det. Sed hoc multo atrocius est,
quod etiam aduersus Deum cō
tume;

tumeliosus est. Nam Euangeliū
quod æternam iusticiam adfert,
uult nos interea in hac uita in po-
litica societate uiuere, ostendere
testimonia nostræ inuocationis,
& exercere officia multarū uir-
tutum, ac non solum non abolet
nec improbat ciuilis uitæ gra-
dus, sed multo magis ornat quā
ulla humana sapientia ornare po-
terat. Adfirmat enim Dei bene-
ficium esse politicum ordinem.
Et quanquam existunt multæ
horrendæ confusiones imperio-
rum, quas uel diabolus, qui est
^{ἐπίχαρεν κακός} odio Dei & Eccle-
siæ, uel humana imbecillitas ex ci-
tat, tamen ne prorsus dissipetur
humana societas, solus Deus effi-
cit, quia aliqua seruat & seruabit
Eccle-

Ecclesiæ suæ hospitia, quæ legi-
bus & iure consociata defendit,
ac præcipit ut hos nidos ame-
mus, & legibus ac iudicijs reue-
renter tanquam diuinæ uocí pa-
reamus, nec ordinem uitæ no-
stris cupiditatibus aut nostra
πολυπραγμοσύνη cōturbemus. Sed
de hac tota questione sæpe alias
a nobis dictum est, & explicatio
ex ueris & firmis fundamentis
extructa est, quam quidem bo-
nis & prodesse & profuturam
esse nō dubito. Cum autem hæc
necessaria doctrina antea mona-
chorum sordibus obruta, pror-
sus in tenebris iacuerit, nunc que
gratia nostris Ecclesijs in qui-
bus hæc recte patefacta sunt,
reddatur uidemus. Sed usitatū
est

est in hac hominum prauitate
quod dicit Pindarus. παλάια Υψ
ευθείας ἀργίας, ἀμνάμονες δὲ βρότοι.
Erit tamen Deo curæ, ne ueritas
ab ipso mōstrata deleatur, neue
piorū labores inanes sint. Nunc
autē hæc recitaui, ut qui discunt
forensem doctrinam, hæc cogi-
tantes non solum magis studio
suo delectentur, Sed etiam refe-
rant suos labores ad hunc finē,
ut cum agnoscent politica offi-
cia Deo placere, in hac sua mili-
tia ei seruant. Tibi uero Ioachi-
me carissime inscripsi hanc bre-
uem & inchoatam tantum lucu-
brationem, ut meum erga te stu-
dium cum tibitum alij̄s declara-
rem. Ut autem nobis gratum
est, uidere aliquos, qui recta do-
ctrina

et trina a nobis accepta , uel bona
cum spe in studijs uersantur, uel
reip. fœliciter seruiunt, ita uobis
honorificum est , prædicari uos
ab ijs eruditos esse, quorum &
doctrina est incorrupta , & uo-
luntas erga remp. honesta. Oro
autem Deum æternum Patrem
Domini nostri Iesu Christi , ut
uniuersum uitæ tuæ & studio-
rum tuorum curriculum guber-
net , ut tibi & reipu. salutare sit,
quod opto cum tua causa , tum
uero etiam propter patriam, ci-
uitatem Hamburgam, quæ non
opulentiam ac uoluptates ducit
esse summa decora ciuitatū , sed
ueram Dei inuocationem & di-
sciplinæ sanctitatem , quare ad
alia ciuilia ornamenta adiungit
hanc

hanc curam, ut recte gubernetur Ecclesia Dci, & iuuentus literas & doctrinam uitæ salutare discat. Talibus ciuitatibus homines debetur & hoc officium precipue, uidelicet, ut petamus a Deo, ut eas seruet, & perpetua suæ doctrinæ & ueræ uirtutis domicilia faciat, Sicut in Psalmo dicitur. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, &c. Quare & ipse toto pectore Deum oro ut Ecclesiam suam in patria tua & in his regionibus & earum hospitia seruet, regat, ac aduersus exterarum ac barbararum nationum crudelitatem & tyrannidem defendat. Bene uale.

Calen. Septem.

sigillib[us] 51546.

agred

COL=

COLLA TIO ACTIONVM

ROMANARVM ET
ATTICARVM.

Nihil est actionum veterum in laudatis ciuitatibus consideratio. Nam illae ciuitates, quae non tantum pacis, sed etiam discipline causa leges tulerunt, & actiones & poenias instituerunt, in ipsis actionibus doctrinam uirtutum bono consilio & ordine complexae sunt. Sic igitur legenduntur Atticæ & Romanæ actiones, tanquam doctrina de uirtute sumpta ex lege naturæ, seu à primorum patrum doctrina: multumque ualebant haec leges ad regendos mores, quia poenæ erant additæ, quarum metus cohercet mediocria ingenia & ad uirtutem flectit. Hæc de actionibus præmonere uolui, ut sciant stu-

B diosi

diosi eas non tantum esse formulas litigantium, sed uirtutis doctrinam à Deo traditam, & Philosophiam.

Sequemur autem in earum recitatione Decalogum.

P R I M A
T A B V L A D E C A-
L O G I .

P R I M A A C C V -
S A T I O .



OMani non habuerunt nomen actionis aut accusatiōis, qua sermones impij accusarentur. Sed Attici habuerunt & nominant hanc accusationem ἐγκλημα ἀσεβίας, Sic accusati & condemnati sunt Anaxagoras

gores & Diagoras Melius, quod opī
niones Athenis receptas de Dijs re=
prehendebant, & quidem imperfecto=
ri Diagoræ ciuitas mercedem de pu=
blico promisit talentum, duo uero ta=
lenta ei, qui uiuum attraxisset. Nunc
cōuenit ad hanc accusationem in Ec=
clesia accusatio hæreseos.

S E C V N D A A C_s
C V S A T I O.

Q Via a primo præcepto
exorsi sumus, ac de crīmine
impietatis diximus, proxime adiun=
gam crimen sacrilegij, Id Attici uo=
carunt Αἰκηρεοσυλειας, Hoc iudicium
nomen habebat in utraq; ciuitate. Ac
cusabantur autem uel qui res conse=
cratas ex Templis rapuerant, uel qui
loca consecrata uastauerant, aut mu=
tauerāt in prophana, uel qui ex Tem=
plis rapuerant supplices. Exempla in
B ij histo-

historijs passim obvia sunt. Sæpe magna bella propter hoscasus orta sunt. Lacedæmonij supplices Messenios rapuerunt ex Templo, ideo postea secutus dicitur terræmotus & bellum inter Spartanos & mancipia. Itē propter lucum uiolatū Pericles mouit bellum exitiosum toti Græciæ. Item propter Delphicum Templum spoliatum Phocenses dissipati sunt, & Duces qui fuerant hortatores sacrilegij uarijs modis perierunt. Philomedes de rupe precipitem se deiecit in fuga. Onomarchus successor eius à suis militibus confossus est. Phaillus cum somniasset se similem esse statuæ Hippocratis in Delphis breui post Phthisi interiit. Nam in Delphis statua fuit Hippocratis similis corpori tabefacto, in quo consumpta carne lineamenta ossium tenui cute uestita comparent.

Hæc sunt apud Paufaniam in Phocaicis.

SE

S E C V N =
D A T A B V L A D E =
C A L O G I .

Q V A R T V M P R A E C E P T V M .

Honora Patrem & Ma=
trem &c.

T E R T I A A C C V ,
S A T I O .



Ecundæ tabulæ præcipuum scelus est crimen læsæ maiestatis , cum ui=delicet , aut persona Ma=giistratus aut ipsa functio contumelia adficitur . Cum seditio mouetur ad euertēdam imperij formā , aut cū proditiones fiunt , aut transitiones ad hostes , aut alia scelera horum similia quibus labefactatur forma imperij , ut Romæ Manlius propter crimen læsæ maiestatis damnatus est , Et Ve
B iij turius

turius senator damnatus est propter
crimen læsæ maiestatis , qui tribuno
plebis transiunti de foro non cessisset
de via , ut narrat Plutarchus in uita
Gracchorum.

Etsi autem Attici quibusdam
speciebus peculiares adpellationes
attribuerunt , tamen commune no-
men habet, uidelicet ἐσαγελια, quo
complectuntur omnia delicta , quæ
inter criminis læsæ maiestatis recen-
sentur . Et peculiare est in ἐσαγελια
In cæteris accusator non conuincens
reum, fit infamis tanquam calumnias-
tor . At in hac non fit infamis , quia
existimatur hæc accusatio munimen-
tum esse publicæ tranquillitatis.

Q V A R T A.

A Pud Latinos proditio ad
crimen læsæ maiestatis perti-
net, Græci peculiarem accusationem
fecerunt ac nominat, οὐκέποδοσιας.

QVIN-

QVINTA.

A Pud Latinos ad crimen læsa maiestatis pertinet, pecunia ab hostibus conductum esse. Græci peculiarem accusationem fecerunt & nominant δικη ὁροθοκίας. Hoc iudicio accusatus est A thenis Timagoras, qui cum Pelopida ad Regem Persarum legatus missus dona accepit, nec cum collega in eodem hospitio fuit. Propter has causas domi a ciuibus re iudicata imperfectus est, ut scribunt Xenophon & Plutarchus in uita Pelopidæ, & recenset plura exempla Demosthenes in oratione de perfidia Aeschinæ in legatione.

SEXTA.

A Pud Latinos deserēs exercitum, item fugiens ex acie accusatur iudicio leſe maiestatis. Apud Græcos peculiares appellationes B iiiij sunt,

Sunt, γράφε λεπιστάξις τε λεποσγατίς.
& sunt similia nomina à nauibus fa-
cta.

QVINTVM PRÆ CEPTVM.

Non occides.

SEPTIMA ACCV S A T I O.

TVdicia de cæde quæ nunc cō-
prehenduntur Lege Cornelia dis-
uersa erant Athenis, & curiæ iudi-
cum diuersæ.

De cæde ex insidijs facta, & de
incendijs iudicabat Areopagitæ hoc
ordine. Primum oportuit dari iura-
mentum calumniæ. Postea rem nar-
rari sine proœmijs & sine affectibus.
Deinde produci testes, nec licebat iu-
dicibus colloqui, sed calculis latæ
sunt sententiæ iuxta Leges. Con-
demnatus autem reus adficietur
capitali

capitali supplicio. Narrantur autem duo insignia iudicia Deorum in Areopago facta, in quorum altero Orestes absolutus est, quamquam matrem consulto interfecerat. In altero Mars absolutus est, qui stupratorem filiae interfecerat, Filium Neptuni Alirrothoum. Quae exempla recitat antiquitas, ut ostendat ex propbabili causa sumendas esse.

De cæde non facta ex insidijs, sed defensionis causa iudicabatur in alio loco scilicet Delphinio, & ab alijs iudicibus, ac ostensa necessitate defensionis reuis absoluebatur ita, ut maneret ciuis & omnia ornamenta ciuis retineret. Ibi Theseus caussam dixit & absolutus est, cum interficeret Pallantidas, qui fuerant eum insuasuri & ei regnum erepturi.

De cæde non facta defensionis caussa, sed fortuita iudicabatur etiam in alio loco, in Palladio, & poena erat fortuita cædis, exilium, sicut ex multis veteribus exemplis constat. Testimon

Iam non, quia in ludo Phocum fratrem
occiderat. Patroclus quia in ludo oc-
ciderat Clisonymum exulant, &
Adraustus apud Herodotum, Ac con-
sideratione dignum est, quod necessi-
tati maior uenia data est, quam for-
tuito casui, quia in fortuito casu ali-
qua negligentia accedit.

O C T A V A.

A Pud Latinos iniuriarum
actio una & atroces & leues in-
iurias continet & complectitur con-
uicia, uerberationes, & signa contu-
meliosa, & discernitur ab accusatio-
ne de ui priuata. At apud Atticos di-
uersæ sunt actiones. $\chi\rho\alpha\phi\chi \bar{\nu}\beta\rho\epsilon\omega\varsigma$ di-
citur accusatio de ui priuata, uel de
iniuria atroci & poena erat uniuersa-
liter infamia, interdum erat etiam ca-
pitalis poena, ut expresse ait Lysias,
Hi qui accusantur iudicio uerbera-
tionis pecunia multantur. Eos ue-
ro,

ro, qui condemnati sunt vigeantur etiam capitali poena affici licet, ut in iuri priuata. Vicina est συκοφαντίας. Cum accusabatur is, qui antea falso accusauerat, aut falsum crimen de aliquo sparserat, aut falsum commiserat, quod Latini lege Cornelia de falsis comprehendebant. Et poena erat infamia, Conuenit latina actio contra calumniatorem ex Senatusconsulto. Turpiliano & accusatio quae ex lege Cornelia instituitur.

Deinde aliæ tres sunt mitiores actiones, quæ vocantur ciuiles, & ut Græci loquuntur priuatæ, δική ἀκίδες, cum sit uerberatio non atrox, & non coacta turba, & poena erat pecuniaria. δική κακηγορίας erat leuum conuiciorum, quæ etiam si uera essent, nō asserrent infamiam, & erat poena arbitraria sine infamia. Latina lex est durior, quæ ait condemnatum in actione iniuriarum infamem esse. Tertia species non pertinet huc, sed ad præceptum, Non furaberis δικαίωσις

βλάπτω

Blaſphēmū ubi tantum petitur , ut dāmnum
farsiatur. Hæc actio conuenit
tota ad legem Aquiliam.

Hic autem quæri potest, An qui
uera crīmina de alio dicit , puniēdus
sit? Respondet Lex non esse punien-
dū. Verba Legis hæc sunt. Eum
qui nocentem infamauit, non esse bo-
num & æquum ob eam rem con-
demnari . Peccata enim nocentium
nota esse & oportet & expedit . Hoc
in Ecclesia Concionatores sciant, qui
bus non solum cum crīmina manife-
sta sunt obiurgare reos licet, sed etiā
cum fama probabilis, rei nondum
prorsus manifestæ aliquem accusat,
taxare eum concessum est , ita ut ad
purgationem, id est, ad famam refu-
tandam eum adigant , aut certe ad
emendationem, & tales reprehensio-
nes, quæ fiunt ex officio non sunt in-
iustæ, ac præsertim Ecclesiæ interest,
non solum culpam cauere, sed etiam
malam famam , quæ prebet occasio-
nem contemnendæ Ecclesiæ & do-
ctrinæ

ctrinæ Ecclesiasticæ, Et recte dictum
est: Bona conscientia mihi mea cau-
sa opus est, sed bona fama opus est
propter proximum.

SEX TVM P RÆ.
C E P T V M.

Non mechaberis.

NONA ACCVSATIO.

A CCVfatio adulterij apud
ARomanos Lege Iulia descri-
bitur, Grece uocabatur *δική μοιχείας*,
& pœna ueteribus legibus Atheni-
enium cuiuscunq; adulteri fuit ca-
pitale supplicium, ut scribit Pausani-
as. Postea Leg eSolonis, qui per uim
corrumpebat alterius uxorem non
afficiebatur capitali suppicio, sed no-
tabatur infamia & puniebatur lace-
ratis natibus. Ille uero qui persuaden-
do sine ui corruperat alterius uxo-
rem

rem capitali supplicio adficiebatur,
ut clare recitat Lysias , & rationem
addit , quia persuasor & mentem &
cor pus corrumpt.

DECIMA.

LENOcīnī accusatio apud
Græcos uocabatur, *δική προσαγωγής*, Cum pater filium aut filiam, aut
alius quispiam adolescentem aut pu-
ellam prostituisset , & poena erat ca-
pitale supplicium , ut ipsam Legem
recitat Aeschines contra Timarchū,
Romana Lex de Lenocinio minus
habet seueritatis .

VNDÉCIMA.

Δική δοκιμασίας, Latini unum no-
men non habent, sed erat & honesta
& insignis censura morum apud At-
ticos. Nam hæc accusatio institueba-
tur aduersus eos , qui polluebant se
nefarijs libidinibus , cum natura pu-
gnan-

gnantibus. Item contra desertorem.
Item contra eos, qui parentes male
tractabant. Ac poena stupratoris erat
capitale supplicium, sed alterius per-
sonæ poena erat infamia, ne Magis-
tratus gereret, ne Sacerdotio fungi
retur, neue admitteretur ad dicen-
dum publice, aut ad ullos honestos
congressus.

Exempla huius accusationis ex-
tant, Oratio Aeschinis contra Tim-
archum, & Oratio Demosthenis
contra Androcionem, Ac scribunt
aliqui Timarchum ante iudicij diem
sibi mortem consciuisse,

D V O D E C I M A.

ACTio diuortij Græce ^{ἀποτομής}, Apud illam seue-
riorem antiquitatem haud dubie fuit
actio, qua caussæ diuortij apud iudic-
cem exponebantur, & petebatur, ut
persona læsa pronunciaretur libera.
Hunc fuisse morem ex Alcibiadis hi-
storia

istoria apparet, quam recitant Lysias
& Plutarchus.

Cum enim uxor Alcibiadis
offensa uagis libidinibus mariti dis-
cessisset ad fratrem factura diuortium,
petivit Alcibiades, ut libellum repu-
dij apud Magistratum exhiberet, non
per amicos, sed per se ipsam. Cumque
mulier in iudicium uenisset, Alcibia-
des cum aliquot amicis ueniens, uis
eam reduxit in suam domum.

Postea igitur apud eum, donec ipsa
uixit, mansit. Ita initio arbitror non
esse facta diuortia sine cognitione,
ut postea Romani fecerunt, & nunc
faciunt Turci. Nec opinor ex qua-
libet caussa concessa esse diuortia. Iu-
dæos quoque existimo abusos esse Le-
ge Moysi, cum ex qualibet caussa fe-
cerunt diuortia.

Cæterum hoc in Græcis & Ro-
manis legibus congruit, cum fiebat
diuortium propter delictum mulie-
ris, dos manebat apud virum. Cum
uero fiebat diuortium non propter
delictum

delictum mulieris , ut s̄æpe accidit,
dos se quebatur mulierem , ut uerba
Legis expresse recitat Demosthes-
nes contra Neāram. Congruebat se-
uerior illa antiquitas & hac in recte
Lege Moisi. Sicut Moises uetus di-
missam rursus duci à dimitente . Ita
Græcæ & Romanæ Leges uetus-
runt dīmissam rursus duci, ut Catoni
probri uice obiectum est, quod Mar-
ciam Hortensio mortuo rursus du-
xit . Sed postea Leges Romanæ, cū
disciplina fuit perturbatior concessē-
runt , rursus duci dīmissas . Multum
enim uicij fuit in Legibus Ethnicis,
ut nunc quoq; in Turcicis , quæ de
coniugio latæ sunt, & calamitates pu-
blicas omnibus temporib; uagæ li-
bidines multipliciter cumularunt.

DECIMATERIA.

Actio contra celibem , quæ
auocabatur *δική ἀγαμίου* , nunc
in Romano iure celibatus poenam
C nullam

nullam habet, nec actio datur aduersus
suis celibem, sed olim Romanis Legi
bus quarum titulus erat de maritanis
dis ordinibus, erat poena, ne celibes
ad Magistratus admitterentur.

DECIMA QVARTA.

IN hoc præcepto recitabo &
accusationem ἀργίας, id est, ocij,
quæ instituebatur contra ciues, qui
non exercebant agriculturam aut ar-
tem certam, & ueteribus Legibus à
Dracone latís poena erat infamia, si
quis semel ac primū damnatus erat
de ocio. Postea Solon ita mitigauit,
ut infamis esset tertio damnatus, Vo-
lebat enim prioribus iudicij com-
monefactum instituere postea cer-
tas operas, quod si non faciebat, ap-
parebat deinde contumacia, petulan-
tia, & maliciose confirmata ignauia,
& contemptus Legum, quæ sunt di-
gna grauiore poena.
Huic accusationi latina nulla respon-
det,

det, Cum quidem ad disciplinam uti
lissimum sit, prohibere ignuum ocis-
um, quia uerum est dictum illud Ca-
tonis, Nihil agendo discunt homi-
nes mala agere, Et inopia multos hor-
tatur, ut confugiant ad malas artes.

SEPTIMVM PRÆ-
CEPTVM.

Non furtum facies.

DECIMA QVINTA
ACCVSATIO.

ALia furta publica sunt, ad-
uersus quæ accusatio ex Lege
Iulia instituitur, quæ uocatur accusa-
tio peculatus, Græce φασὶς diceba-
tur, id est, indicatio, seu delatio, quæ
multa complectitur, accusationem
eorum qui ærarium defraudant, aut
iniuste occupant fundos, aut redditus
publicos, aut monetam adulterant,

C ī quod

quod apud Romanos ad crimen fal-
si pertinet.

DECIMASEXTA.

LATINI duas habent uicinas
actiones, actionem mandati, &
actionem negotiorum gestorum,
quarum altera aduersus eum datur,
qui mandata negocia non recte ad-
ministrauit. Altera aduersus illum,
qui sponte suscepta.

Has complectuntur Attici una
appellatione, & uocant, έυθύνας. Verū
hac actione Græci usi sunt, non tan-
tum in ciuilibus causis in petenda ra-
tione de tractata pecunia, aut fundi
administratione, sed etiam in publi-
cis criminibus, ut cum Magistratus
perfuncti officio uocabantur in iudi-
cium, cum aliquando contra leges fe-
cissent, aut cum legationum perfidia
accusabatur, ut Demosthenes accu-
sat Aeschinem, quod multa perfidio
se in legatione fecerit.

Est

Est autem erudita actio muni-
ens duas uirtutes maxime necessa-
rias in omni administratione, scilicet,
fidem in negotijs susceptis, & diligen-
tiam de quibus ambabus dicit Pau-
lus. De cætero hoc requiritur, ut si-
delis quis sit.

DECIMA SEPTIMA.

Actio tutelæ Græce dicitur
δική ἐπιθέσης, quæ contra tu-
tores datur, qui pupillorum negocia
male administrarunt, ut Demosthe-
nes suos tutores accusauit.

DECIMA OCTAVA.

Actio depositi *δική παρακλήσης*
δικης dabatur contra eos qui in
seruando aut reddendo deposito nō
præstiterant fidem aut diligentiam.
Condemnatus autem dupliciter pu-
niebatur uidelicet, ut solueret depo-
situm, & quanti intererat, & ut es-
set infamis.

C iij DE-

DECIMÀ NONA.

Actio furti *λικὴ κλοπῆς*, cum
ade restituenda re, aut compensa-
sanda agebatur ciuiliter. Erant enim
& apud Græcos tres gradus, fures,
qui sine uiolentia res abstulerant, Hi
cōdemnati duplo puniebantur. De-
inde erant grassatores, qui armati pe-
netrabant in alienas domos, quos uo-
camus grassatores, Græce, *τοιχωρυχοί*,
id est, perfoſſores parietum, uel *λωπο-*
δυτζ, id est, detrahentes uestes alijs.
Item, qui latrociniū exerceat, *λησταί*.

Hi duo postremi gradus pœniſ
capitalibus puniebātur. Recens Lex
horum temporum ſequior est, quæ
omnes furcs capitali supplicio adfi-
cit. Quod habet rationem in his bar-
baris nationibus, ubi pleriqꝝ fures o-
annes habent animum Latronum ſi-
milem.

ACTIO.

ACTIONES EX
CONTRACTU.

VICESIMA.

ACTiones ex contractu a-
pud Latinos iuxta species di-
uersa nomina habent, & Græci qua-
sdam species nominant, sed genus est
 $\delta\kappa\kappa\lambda\ \xi\mu\beta\omega\lambda\alpha\delta$. Species recensentur
actio ex debito mutui, quam uocant
 $\delta\kappa\kappa\lambda\ \chi\rho\epsilon\delta\epsilon$ et $\delta\kappa\kappa\lambda\ \delta\alpha\gamma\iota\delta$ Cum uide-
licet petitur pecunia debita mutua-
tione, Sic inscriptæ sunt duæ oratio-
nes in Demosthene, quæ actiones ex
mutuo natas continent. Sed actio
 $\chi\rho\epsilon\delta\epsilon$ dicitur etiam de debito ex em-
ptione. Usuræ autem proprie dicun-
tur, cum propter mutuationem plus
sorte petitur.

Veteres etiam cogebant soluere
usuras, cum non esset persolutum de-
bitum constituto die, etiam si debeba-
tur ex emptione, Ac licebat Legi-
bus Atticis & Romanis centesimas
C iiij usuras

usuras petere, & has debitor soluere cogebatur. Sed supra centesimas nō licuit petere aut stipulari, & iudex absolvebat debitorem, a quo plus petebatur quam centesima.

Cæterum nos scimus Lege diuina prohiberi omnes usuras, sed cū homines prophani nō obtemperent Legi Dei, Magistratus in imperijs modum usurarū sanxerunt, ne prorsus exhaustantur tenuiores, sed ne hunc quidem modum seruat feneratorum rapacitas.

Sæpe igitur propter magnitudinem usurarum seditiones in imperijs ortæ sunt, aut secutæ magnæ mutationes, ut Athenis & Romæ accidit. Id uero quod interest petebatur συνεχείᾳ. Nam interesse tunc propriæ dicitur, cum aliquis contrahens effigaciter causam dedit damni.

ACTIO EX EMPTO. VICESIMA PRI. M A.

Cum

Congruit cum actione Ro-
mana, quæ uocatur actio ex em-
pto, Attica, quæ uocatur ^{Δική Βεβαιώσ-}
^{σεως}, id est, emptionis non labefactan-
dæ, quæ dabatur emptori aduersus
uenditorem, ut rem traderet, item ut
præstaret euictionem, hoc est, si esset
opus, ostenderet se esse Dominū rei
uenditæ, aut redderet preciū, si uen-
didisset rem alienam ignorantī. Com-
plectitur & uicinas actiōes quæ dan-
tur emptori.

ACTIO EX INTER- DICTO VNDE VI.

VICESIMA SECUNDA.

ACTio uocatur ^{Δική ἐξόλης α}
Auerbo ^{ἐξέλλω}, id est, expello.
Datur uel ad recuperandam, uel ad
retinendam possessionē, uel ad frui-
dam, si quis frui prohibet uel impe-
dit.

Has species Romani discernunt
diuersis

diuersis appellationibus , uidelicet,
interdicto unde ui , Item uti possi-
sideris . Sed Attici generali appella-
tione , quam dixi , uicinas complexi
sunt . Ut autem Deus uult suas cuiq;
res munitas esse , uelut muro , sua le-
ge , Non furtum facies , Ita Magistra-
cui præcipit huius legis executionē .
uult defendi ciues , ut suo quisq; frui ,
retinere suum , & recuperare iniuste
crepta possit . Exempla cum in histo-
rijs , tum in quotidiana uita obuia
sunt .

Memorabilis historia recitatūr
ā Seneca . Philippus Macedo militem
aliquo miserat cum certis mandatis ,
qui cum tēpestatibus ad litus repul-
sus & sœuicia tempestatis languefa-
ctus esset , exceptus est ā uicino rusti-
co . Apud hunc cum per aliquot dies
recreatus uires iterum collegisset ,
redit ad Regem ac periculum nar-
rat , rustici beneficia non recitat , Sibi
uero donari uillam eo loco sitam te-
stem periculi sui petit . Rex liberali-
ter

ter donat. Cum autem miles uenisset
occupaturus uillam, Rusticus ad Re-
gem accedit, narrat a se seruatum es-
se militem, & pro beneficio se expela-
li ex suo. Hic Rex donationem retrah-
et, & rusticum iubet retinere suum
prædium, ac militi ingrato iubet in-
uristigmata in fronte. H O S P E S I N-
G R A T V S.

VICESIMA TERTIA.

EX locato, μισθώσεως, de qua
Ectiam Attici obseruabant quod
est in iure Romano, ut res in domū
locatam translatæ, quæ sunt condu-
ctoris, sint oppigneratae locatori ipso
iure, etiam si nullum accessit decre-
tum Magistratus, sicut dicitur in titu-
lo. Ex quibus causis pignus vel hypo-
theca tacite contrahitur, ubi dicitur,
Inuecta & illata pignori erunt obli-
gata.

VICESIMA QVARTA. Hæres

Hæreditatum actiones mul-
tæ fuerunt, ἀμφισβήτουσιε, qua-
quærebatur, quis esset hæres: cum
decessisset aliquis sine liberis, & sine
testamento. ἐπιθικασία, cum proximi
agnati petebāt hæreditatem, etiamsi
factum erat Testamentum, cum que-
rebantur se iniuste præteritos esse.

**OCTAVVM PRÆ-
CEPTVM.**

Non dicas falsum Testi-
monium.

**VICESIMA QVINTA
ACCUSATIO.**

IN Areopago accusabatur,
qui dixerat falsum Testimonium,
et uocabatur accusatio θευδομαρτυρίς.
Erant & aliæ actiones eorum, qui di-
xerant se audiuisse ab inspectanti-
bus, ἐκμαρτυρίᾳ. Dabatur etiā actio
λαπομαρτυρίᾳ, contra eos qui cuin
possent nolebant dicere Testimo-
nium,

nūm , sicut nunc de cogendis testis-
bus iura constituta sunt , quia utrique
sunt iniusti , & qui falsum dicunt , &
qui ueritatem occultant cum eam sci-
ant , sicut & Christus non solum op-
pugnatorem , sed etiam dissimulato-
rem ueritatis damnat . Qui non col-
ligit mecum dispergit.

VICESIMA SEXTA.

Accusatio ῥαγανόμων ignota
est Latinis , cum accusatur is
qui Legem aut Decretum propos-
suit , contrarium prioribus receptis
legibus . Ideo autem hæc forma no-
men apud Latinos non habet , quia
priuata legum mutatio Romæ accu-
sabatur criminе læsæ maiestatis , sicut
nunc in Ecclesia criminе hæreseos .
Attici uero gradus Legum distin-
xerunt , ac uiolantem neruos religio-
nis aut imperij , accusabat uel εἰσαγε-
λία , uel accusatione ἀσεβειας . Sed uios-
lationē legum inferiorum transfere-
bant .

bant ad hanc uulgatissimam accusa-
tionem $\tau\alpha\gamma\alpha\nu\omega\rho$, qua condemnata-
tus erat tantum infamis, non adfici-
batur capitali supplicio. Ut Ctesiphon
accusatur ab Aeschine, quod decre-
tum fecisset, ut Demostheni ante res-
latas rationes decernerentur hono-
res.

Econtra accusatus iniuste, pote-
rat accusatorem uicissim accusare
 $\sigma\chi\kappa\phi\alpha\tau\iota\alpha\zeta$, ut supra diximus, Ut in
Iure Romano ex Senatusconsulto
Turpiliano licet accusare Calumniatorem,
qui condemnatus infamis est,
Sed uetus seueritas, calumniatorem,
in caussa capitali eodem supplicio
puniendum censuit, quo adfe-
ctus esset aduersarius, si
convictus esset.

EXEM-

E X E M P L V M
QVOD MONET NON
TEMERE MVTANDAS ESSE
Leges, quæ graui iudicio maios-
rum receptæ, & postea longo usu
comprobatae sunt. Ex Demost-
henis oratione contra Ti-
mocratem.

NARRabo uobis Iudices le-
gem Locrensem, nō enim de-
teriores eritis audito hoc exemplo,
præcipue quo ciuitas utitur, quæ le-
gibus recte constituta est. Illi enim
adeo custodiendas esse ueteres leges
sentunt, & patria instituta tuenda,
nec nouas Leges pro cupiditatibus
paucorū, aut ad eludenda iudicia fe-
rendas esse, ut si quis nouam Legem
rogaturum se esse ostēderit, cogatur
eam proponere, collo in laqueum in-
serto. Quod si Legem propositam
populus approbat, suasor discedit il-
leſus. Sed si Lex repudiatur, suasor
strangulatus laqueo interficitur.

Huius

Huius periculi magnitudine deter-
rentur ciues, ne nouas Leges ferant,
quare & ueteribus maiore reueren-
tia & studio obtemperant.

Ac multis seculis unica tantum nos-
ua Lex apud eos lata esse dicitur. Cū
enim Legem ciuitas haberet de Ta-
lione, ut si quis alteri oculum effode-
rit, uicissim sibi oculum erui patiatur,
nec multetur pecunia, quispiam uni-
cum oculum habenti minitatus est se
oculum ei effossurum esse, Motus hac
cominatione is, qui unicum habebat
oculum, ac reputans quam misera in
coercitate vita futura esset, uenire in
concionem ausus est ad suadendam
nouam Legem, ut si quis oculum ef-
foderit alicui habenti unicum, Vicissim
sibi utrumque oculum erui patiatur, ut
æqualitatem calamitatis poena effi-
ciat. Hanc aiunt Locri unicam
Legem inde usque ad ducentis
annis latam esse. Haec
Demosthenes.
FINIS.

c
t
n
i
e
c
t
n
i
e

Vg 3733

ULB Halle
004 753 143

3



m.c.

Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue




OLLA
O ACTIONVM
RENSIVM ATTICA=
RVM ET ROMANARVM
PRAECIPVARVM.

AVTORE
PHILIP. MELANTH.

VITTEBERGÆ
Excudebant Hæredes
Petri Seitz.

ANNO M. D. LI.



VL, 436a

Kat. 5226